MANDATVM (AD FAVOREM CAPITVLI Ecclesiæ Hispalen̄. Canonicorum in sacris Constitutorum) de manutenendo in possessione expendendi ex massa communi mensæ Capitularis in omnibus casibus, in quibus Canonici soli votāt, ita vt tangant ratam spectantem ad DD. Dignitates Canonicatum non obtinentes, & ad Portionarios integros, & dimidios eiusdem Ecclesiæ, etiam, ipsis in vitis.

SERENISSIMO, & Potentissimo, Inuictissimo, ac Catholico Principi, & D.D. Philipo ab Austria diuina fauente clementia Hispaniarum Regi, aliorumque dominiorū vestrorum, fœlicis prosperitatis augmentum. Necnon Reuerendissimis, ac Reuerēdis in Christo Patribus, & Dominis Dominis Archiepiscopo Granateñ. necnon Gieneñ. Cordubeñ. & Malacitañ. Episcopis, vestrorumq; & cuiuslibet vestrum in spiritualibus, & temporalibus Vicarijs, seu officialib' generalibus, vniuersisquoque, & singulis dominis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Cātoribus, Thesaurarijs, Succentoribus, Sacristis, tam Cathedralium, quā Collegiatarum, Canonicis, Parochialiumq, Ecclesiarum Rectoribus, seu loca tenentibus, eorumq, Plebanis, Viceplebanis, Cappellanis, Curatis, & non Curatis, Vicarijs perpetuis, Altaristis, cæterisq, Presbyteris, Clericis, Notarijs, & Tabellionibus publicis, quibuscunq, per ciuitatē, & diœcesim Hispalensem. Necnon omnibus, & singulis iurisdictionem spiritualem, & temporalem, ac ordinariam per se, vel alium, seu alios, quomodolibet exerceñ. aut alias quomodolibet constitutis, & vestrum cuilibet insolidum, ac illi, vel illis ad quē, vel ad quos præsentes nostræ litteræ peruenerint, salutē in Domino, & nostris huiusmodi, imo verius Apostolicis

cis firmiter obedire mandatis. SERAPHINVS Oliuarius Razalius iurisvtriusque doctor sanctissimi Domini nostri Papæ Cappellanus, causæque, & causis, ac partibus infrascriptis Auditor, & iudex Commissarius ab eodem sanctissimo Domino nostro Papa specialiter deputatus. NOVERITIS, quod aliàs fælicis recordationis Gregorius diuina prouidentia Papa XIII. quandam commissionis, siué supplicationis papiri cedulam, nobis per vnũ ex suis cursoribus præsentari fecit tenoris sequẽtis, videlicet. BEATISSIME PATER, dignetur S.V. causam, & causas appellationis, & appellationum, nullitatisque, & nullitatum, ex trib' iniquitatis. & iniustitiæ, pro parte deuotorũ S.V. oratorum Canonicorum in sacris cõstitutorum Ecclesiæ Hispaleñ. á quadam prætensa diffinitiua sententia, seu vim diffinitiuæ habeñ. per Reuerendum Patrem Dominum Franciscum Cantutium, vestri sacri palatij causarum. Auditorem, cõtra eosdem oratores, & in fauorem dignitatũ Canonicatus non habentium, & portionariorum eiusdem Ecclesiæ, vt dicitur latæ, & promulgatæ, deetsuper iure ex pendendi ex massa communi Capitulari, rebusque alijs in actis causæ, & causarum huiusmodi latius deductis. & illorum occasione in prima, vel alia veriori indecisa pendente instantia partibus ex altera, totoque prætẽso processu desuper habito, & facto, interpositæ, & interpositarũ, alicui alteri ex vestri sacri Palatij Apostolici causarum Auditoribus, seu loca tenenti, committere, & mandare, videñ. audieñ. cognosceñ. vna cum omnibus, & singulis suis incideñ. dependeñ. emergeñ. annexis, & cõnexis, etiã summariè, tã coniunctim, quã diuisim committere, & mandare, audieñ. cognosceñ. decideñ. fineq, debito terminañ. cum potestate dictos aduersarios, omnesque alios, & singulos

sua

ſua in præmiſsis quomodolibet, & intereſſe putãtes in decreto, ſiue executione citationis præſentis commiſsionis vigore decerneñ. nominañ. & cognominañ. etiam per edictum publicum conſtito ſummariæ extra iudicialiter de non tuto acceſſu in Romana curia, & extra eam citandi, quibuſcunque, & quoties inhibeñ. erit in forma inhibeñ. cæteraque omnia, & ſingula faciendi, dicendi, gerendi, exercendi, & exequẽdi, quæ in præmiſsis, & circa ea neceſſaria fuerint, ſeu comodolibet opportuna, præmiſsis, ac cõſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis ſtylo Palatij, cæteriſq; in contrarium facieñ. non obſtantibus quibuſcunque ſtatum, & merita pro plene, & ſufficienter expræſsis habentes. DE MANDATO Domini noſtri Papæ audiat Magiſter Seraphinus, citet, vt petitur, & iuſtitiam faciat. Placet Domino noſtro Papæ A. Cardinalis Sfortia. CVIVS quidem commiſsionis vigore. Nos in cauſa, & cauſis huiuſmodi, ad quam plurimos actus iuditiales citra tamen cauſæ concluſionem proceſſo, tandem ad prouidi viri D. Marti Antonij de Raſtaſijs in Romana Curia cauſarum, & ſupra ſcriptorũ Reuerendorum Dominorũ Canonicorum in ſacris Eccleſiæ Hiſpaleñ. conſtitutorum, principalium procuratoris inſtantiam, prouidum virum dominum Sebaſtianum Suarez in eadem Romana Curia cauſarum, & Reuerendorum ſupradictorum Dominorũ Dignitatum, Canonicatus non habentium, & Portionariorum eiuſdem Eccleſiæ Hiſpaleñ, ex aduerſo principalium procuratorem, prout de ipſorum hinc inde Procuratorũ procurationum mandatis nobis legitimé extitit facta fides ad videndum, & audiendum mandatum de manutenendo, necnon inſtrumentum, ſeu inſtrumenta, deſuper neceſſaria, & opportuna decerni, ac relaxari, & concedi,

vel

vel diceñ. & causam si quam haberent rationabilem: quare præmissa fieri non deberent allegandam per vnum ex santissimi D. N. Papæ cursoribus citari mandauimus, & fecimus ad certum peremptorium terminum competentem, videlicet ad diem, & horam infrascriptos, quibus aduenientibus comparuit in iuditio legitimè coram nobis, dictus prouidus vir D. Marcus Antonius de Rastasijs Procurator, & nomine, quo supra procuratorio, & dicti prouidi viri Domini Sebastiani Suarez Pōce ex aduerso Procuratoris non comparentis contumaciam accusauit, ipsumque contumacem reputari, & in eius contumaciam, supradictum mandatum de manutenendo, necnon instrumentum, & instrumenta desuper necessaria, & opportuna in forma solita, & consueta decerni, & concedi, ac relaxari, per nos debita cum instantia postulauit. NOS TVNC Seraphinus Oliuarius Razallius Auditor, & iudex predictus, attendentes requisitionem huiusmodi fore iustam, & rationi consonam, quodque iusta petenti, non est denegandus assensus, idcirco authoritate Apostolica nobis cõmissa, & qua fungimur in hac parte prædictum prouidum virum D. Sebastianū Suarez Ponce ex aduerso procuratorem non comparentem reputauimus non immerito, prout erat, id exigente iustitia contumacem, & in eius contumaciam, supradictum mandatum de manutenendo. REVERENDOS Dominos Canonicos in sacris cõstitutos in huiusmodi causa principales in possessione, vel quasi expē dendi, & extrahendi, & mandandi, expendi, & extrahi ex massa communi mensæ Capitularis, omnium Canonicorum, Dignitatum, & integrorum, & dimidiorū Portionariorum, omnes, & singulas expensas pro tempore occurrētes, & facientes qualibet causa, & occasione administratio

nis

nis Archiepiſcopatus, ſede Archiepiſcopali vacante, ac admiſſionis, inquiſitionis, informationis, & diligentiarum pro tempore, circa admiſſionem, & receptionem cuiuſuis prouiſi de Canonicatu, Dignitate, integra, ſeu dimidia Portione, aut de alio beneficio in dicta Eccleſia, collationis beneficiorum, & oppoſitionum, & carētium traditionis, poſſeſſionis, & reliquorū omniū caſuū, quibus prædicti Decanus, & Canonici in ſacris conſtituti ſoli, abſque alijs votāt ita vt tangant, ratam, ſiue portionem ad dictos Dignitates Canonicatus non obtinentes, & ad Portionarios integros, & dimidios ſpectañ. etiā ipſis inuictis, neq́, Dignitates, & Portionarij prædicti ſe intromittere, aut Decanum, & Canonicos prædictos deſuper perturbare, vel impedire poſsint, aut valeant, decerneñ. duximus, & relaxañ. prout decernimus, & relaxamus præſentiū per tenorem. QVÆ OMNIA, & ſingula vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis intimamus, inſinuamus, & notificamus, & ad veſtrā, & cuiuslibet veſtrū notitiā deducimus, & deduci volumus per præſentes, voſq́, & veſtrū quemlibet requirimus, & monemus, primo, ſecundo, tertio, & peremptorié, vobiſque, & veſtrū cuilibet in virtute ſanctæ Obedientiæ, & ſub excōmunicationis, & alijs cenſuris, et ſententijs Eccleſiaſticis pœnis, quas in vos, et veſtrum quemlibet, ſi ea, quæ vobis in hac parte committimus, et mandamus, neglexeritis ſeu diſtuleritis contumaciter adimplere, canonica monitione præmiſſa ferimus in his ſcriptis, diſtrictè præcipiendo mandamus: quatenus infra ſex dierum ſpatiū poſt præſentationem, ſeu notificationem præſentium, vobis, ſeu alteri veſtrum factas, et poſtquam pro parte ſupradictorū RR. DD. Decani, et Canonicorum in ſacris Eccleſiæ Hiſpaleñ, cōſtitutorum, in huiuſmodi cauſa principaliū vigore

præ-

præsẽtiũ fueritis requisiti, seu aliter vestrũ fuerit requisit immediatè sequeñ. quorũ sex dierũ, duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies pro tertio, & perẽptorio termino, ac monitione canonica assignamus: ita tamẽ quod in his exequẽdis vnus vestrum alium non expectet, neç vnus pro alio, seu per alium se excuset, accedẽdo proptere a, quo fuerint acceden. eosdem Reuerendos Dominos Decanum, & Canonicos in sacris Ecclesiæ Hispalensis constitutos principales in supradicta possessione, manuteneatis, & defendatis, ac manuteneri, & defendere faciatis, prout Nos in dicta possessione manutenemus, & defendimus, ac manuteneri, & defendi mandamus has nostras litteras mandati de manutenendo, desuper decernentes opportunas. QVOD si forte præmissa omnia. & singula non adimpleueritis, ac mandatis, & monitionibus nostris huiusmodi, imo verius Apostolicis nõ parueritis realiter, & cum effectu, aut aliquid in contrarium feceritis, dicta canonica monitione præmissa, excommunicationis sententiam: innodamus vobis verò potentissimo, ac Catholico Principi, & Domino D. Hispaniarum Regi, necnon Reuerendissimis, & Reuerendis Archiepiscopo, & Episcopis dumtaxat exceptis, quibus ob uestrorum Regalij Maiestatis reuerentiam, & Pontificalium dignitatem deferimus, exemptis. Absolutionem verò omnium, & singulorum, qui prædictam nostram excõmunicationis sentẽtiam incurrerint, siue incurrerit: quoquomodo nobis, vel superiori nostro tantummodo reseruamus. IN QVORVM omnium, & singulorum fidem, ac testimonium præmissorũ, præsentes nostras litteras, siue hoc præsens publicum mãdati de manutenendo instrumentum exinde fieri, & per Notarium infrascriptum subscibi, sigillique nostri iussimus,

mus, & fecimus appensione communiri. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, in Palatio causarum Apostolico, in quo iura reddi solent, mane hora Audientiæ causarum consueta: ad iura reddendum nobis inibi pro tribunali sedeñ. Sub anno á Natiuitate Domini millesimo quingentesimo octuagesimo, indictone octaua, die verò Mercurij vigesima sexta mẽsis Octobris, Pótificatus santissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Gregorij, diuina prouidẽtia Papæ XIII. anno eius nono, præsentibus ibidem discretis viris Dominis Ioanne Pouart, & Nicolao Ierlen Scribis nostris testibus ad præmissa omnia, & singula, vocatis, specialiter, atq; rogatis.

Et quia ergo Remigius Mola, Clericus coniugatus Virdunensis diœcesi, sacri Palatij Apostolici causarum Notarius præmissis interfui, ideo præsens instrumétum manu aliena, mihi fida, subscriptum scripsi, rogatus, & requisitus. Loco ✠ signi, loco ✠ sigilli pendentis.